

**Rector Universitatis Rostochiensis M. Hermannus Becker ... Ad Luctuosissimum  
Funus Viri ... Mathaei Laurentii, Ministri Verbi Dei ... quod Praeclara  
Honestissimaq[ue] Vidua ... paratum exoptat Omnium ordinum Cives  
Academicos prolixè officioseq[ue] invitat**

Rostochii: Kilius, [1672]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771916701>

Druck Freier  Zugang




Becker, H.  
in  
**M. Laurenz.**

Rostock, 1672.







18.  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
M. HERMANNUS

Becker /

Inf. Math. Prof. Publ. Philosoph.  
Facultatis hodiè Decanus, & ad D.

Jacobi Pastor,

ILLUSTRISSIMUM FUNUS  
VIRI

primum, Clarissimi Doctissimiq;  
D N.

M. MATHÆI  
LAURENTII,

Ministri VERBI DEI, & in Æde D. Ma-  
riæ dicatâ, Diaconi fidelissimi,  
quod

Præclara Honestissimaq; VIDUA

*Hodie horâ primâ solenniter paratum exoptat*

Omnium ordinum CIVES ACADE-  
MICOS prolixè officioseq; invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.



Heu? quam funesta quam lamentabilis est officii istius ratio, ad quod diligenter sancteq; faciendum, VOS, CIVES ACADEMICI, hodiernum invitamus; Vixit eheu! vixit LAURENTIUS ille, ille LAURENTIUS, qui verâ Deum pietate, obsequio & reverentiâ prosequebatur, qui in proximum Collegasque benevolus, propensus, & officiosus erat, cujus totum animum, morum simplicitas, mentis candor, fides integra, æquitasque juncta cum amicitia invaserant; Et certe FUNCTI luctuosissimum obitum justissimis querelis prosequi, tantoque acerbius ad animum admittere debemus, quanto anxiam deliberatione exactius pensitamus, magnam Ecclesiæ imminere cladem, quando piissimi nec vulgari eruditione imbuti Sacerdotes, in quorum cætu non postremus piæ memoriæ denatus, vixit, præmaturâ atque inopinatâ morte præripiuntur. *Theophrastum* vitæ munere perfurgentem. Naturam liberimâ exprobratione permulisse ferunt, quod Cervis & Cornicibus quorum nihil interesset, diuturnam; hominibus vero, quorum maxime interfuisset, exiguam vitam concessisset, qui si ætate procedere longius potuissent, futurum fuisse, ut omni perfectâ disciplinâ hominum vita erudiretur. Est quidem maximè operendum

lendum, quod homo, quo nihil speciosius à DEO OPT.  
MAX. conditum sol unquam aspexit, & quem ere-  
ctum ad cæli aspectum supremum Numen resq; cæte-  
ras in hoc orbe moderari voluit, brevi temporis inter-  
vallo ad fatalem terminum celerrimè decurrat; mini-  
me tamen eo nomine Natura novercæ nomine tradu-  
cenda est; Dèus enim vitam mortemq; hominum,  
pro arbitrio dispensat, cujusq; arcana consilia non mu-  
tare & corrigere, verum animo non reluctante ferre  
oportet; Quemadmodum stellarum aliæ supra fini-  
torem ascendentes, in parte Cœli conspicuâ morantur  
diutius, aliæ, quamvis multas ex prioribus, splendore  
& pulchritudine longe antecedant, gressu tamen de-  
clivi celerius ad occasum inclinant, & breviori tempo-  
ris intervallo, terræ gremio absconduntur, ita etiam,  
quorundam hominum vita absolvitur prolixiori &  
diuturniori morâ, quorundam vero, etsi multos ex  
prioribus, virtute, & præclaris ingenii dotibus supe-  
rent, angusto peragitur spacio, ad hujus rei causam cali-  
gathumani ingenii acies, ad profundam itaq; Dei Ju-  
dicatorum abyssum, nos gemebundos referamus ab-  
strusissimaq; divinæ providentiæ consilia, de votissimè  
veneremur; *Gregorius* quærenti Petro, cur boni, qui  
aliis emolumento esse poterant, e vitâ hac citius subtra-  
bantur, respondisse dicitur; *Malitia remanentium me-  
retur, ut hi, qui prodesse poterant, festinè subtrahantur, &  
cum mundi finis appropinquat, electi tolluntur, ne deteriora*



videant. Aprimè Propheta Esaias. *A facie enim, inquit, mali imminentis, collectus est justus, in pacem venit, & requiescit in cubili suo, qui ambulavit in rectitudine sua.* Poeta felices illos qui ante occupationem Trojæ occubuerunt, canit;

*O terq; quaterq; beati*

*Quis ante ora Patrum Trojæ sub mœnibus altis*

*Contigit oppetere*

Quanto felicior censendus est NOSTER, quem ante ingruentem tempestatem Deus ex hocce mundo velut è putentissimâ scelerum sentinâ extraxit, caeloque natali redonavit: Nos *beatissimi* manes honoraturi curriculum vitæ ejus, more svero strictum exprimemus. Auspicatus igitur est hanc lucem hic Rostochi die 15. Novembr. Anni 1644. Patre Viro Spectatissimo & Prudentissimo DN. MICHAELE LAURENTIO Senatore quondam primario, Matre autem JOHANNA Backmeisters / fœminarum ornatissima; Avum Paternum habuit, MICHAELEM LAURENTIUM, Mercatorem Civemq; eximium; Aviam paternam, *Eilsche Schmiedes* / fœminam honestissimam; Avus maternus fuit, Vir Excellentissimus, & Experientissimus DN. JOHANNES BACMEISTERUS Phil. & Medic. Doctor, in hac Academiâ quondam Professor, & Amplissimi Jurisconsultorum Collegii Senior. Avia materna CHRISTINA Sassen / femina virtuosissima. Proavum maternum nactus est, Virum Admodum

Reve-

Reverendum & Excellentissimum DN. LUCAM BAC-  
 MEISTERUM S. S. Theol. Doctorem, Professore[m],  
 quondam Senatorium ac Pastorem Marianum, ut &  
 Reverendi Ministerii Rostochiensis Superintendentem,  
 gravissimum; Proaviam maternam JOHANNAM  
 Bording[s] DN. JACOBI BORDINGII Medic. Do-  
 ctoris, & Professoris quondam in hac Universitate,  
 ut & glor. mem. Regum Daniæ & Norwegiæ DN.  
 CHRISTIANI III. & DN. FRIDERICI III. quin etiam  
 glor. mem. Ducum Meklenburg. DN. HENRICI PA-  
 CIFICI & DN. JOHANNIS ALBERTI, Archiatri,  
 filiam unicam, fœminam sexus sui ornamentum decus-  
 que; Abavus Maternus fuit, JACOB Casser Civis  
 hic quondam primarius. Abavia vero materna ANNA  
 BURENIA, præclaræ virtutis pietatisq; matrona, DN.  
 M. ARNOLDI BURENII, Viri quondam de Acade-  
 miâ nostrâ, & Studiosâ Juventute benemerentissimi  
 filia; Ex his Parentibus majoribusque traxit originem  
 suam NOSTER; Quiq; continuo dederunt operam,  
 uti per sacrum fontem abs labe purgaretur, Christianæ-  
 que adeo Ecclesiæ membrum fieret: Nec dein vero  
 quicquam intermissum est eorum, quæ præclaræ  
 educationi factura esse crederentur; literis maturè tra-  
 ditus cum annum duodecimum transgressus est, è pri-  
 vatorum larium ergastulo, ad seriora studia autori-  
 tate parentum dimissus est, & initio GUSTROVIUM  
 se contulit, ibiq; Viro Reverendo atq; Clarissimo DN

JOHANNI FRANCISCO *Clausingen* / Ecclesiæ Cathedralis  
ibidem Pastori vigilantissimo, concreditus est, qui *FUNCTUM*  
per integros septem annos omni officiorum genere affecit, &  
cum eo repetitionem lectionum publicarum, quas NOSTER in  
Scholâ Gustroviensi haud perfunctoriè tractavit, sæpe nume-  
ro instituit, quorum beneficiorum *piè Functus* nunquam im-  
memor fuit, dictoq; DN. Pastori idcirco eundem, quem paren-  
tibus debemus, impendit amorem, eumq; blandissimo paren-  
tis nomine semper honoravit. Dein NOSTER, Consilio pa-  
rentum, ad STRALSUNDENSEM SCHOLAM amandatus est,  
ibidemque per unum & dimidium annum commoratum,  
parentes domum revocarunt, eum in LIPSIENSEM Universi-  
tatem miserunt, præcipueque Excellentissimo ac Experientis-  
simo DN. JOHANNI ITTIGIO Phil. & Medic. Doct. & Prof.  
celeberrimo, ita commendarunt, uti ejus hospitio mensaque  
perfrueretur. Non autem NOSTER, in eâ musarum sede, in-  
genii sui indolem in otio, *quod Satina est pulvinar*, sed præclaris  
actionibus; Non in gulæ intemperantiâ, quâ ratio brutescit,  
sed in vitæ modestiâ, *quæ vera virtutis altrix est*, impigrè exe-  
ruit, tantoq; in Philosophia progressus fecit, ut anno 1667. Ma-  
gisterii Philosophici laureâ publicè coronaretur. Per quadri-  
ennium ibidem substitit; in amicitiam Dnr. Professorum se im-  
mersit, & Præsidis officio, in Disputatione *de Principio Individui*  
conscriptâ, laudabiliter defunctus, Eruditionis delubrum Wit-  
tebergicam scilicet Universitatem invisit, & Hospitio Excellen-  
tissimi DN. ABRAHAMI CALOVII, per integram hiemem  
usus est; Hinc Jenensem & Erfurdensem adiit Academiam,  
peragratisque totiusque superioris Germaniæ floridissimis Ci-  
vitatibus anno 1668. svasu matris suæ patrios repetuit lares; Hic  
etiam FUNCTUS Dn. Professores quâ publicè quâ privatim  
disputantes, singulati studio atque industriâ audivit; Studiosæ  
Juventuti privatim legendo non defuit, imo Anno 1669. Præ-  
sidis

fidis vices magna cum laude sustinuit. Facilitatum porro est,  
ut promotore Viro maximè Reverendo Amplissimo & Excel-  
lentissimo DN. HENRICO MULLERO D. & P. P. quin & Ec-  
clesiarum Rostochiensium Superintendente benemerentissi-  
mo, Amico & Collega honoratissimo, Generosissimi DN. A  
SALA liberis manuducendis formandisque præfectus sit, quod  
munus per annum dextrè executus est, & diutius continuasset,  
nisi divinâ disponente gratiâ, per suffragia Ecclesiæ, & sine pro-  
prio ambitu, in Diaconum Marianum die 1. Martii anni 1671.  
electus & die 12. Aprilis ritè ordinatus esset. Quanto cum-  
Studio Zeloquè **FUNCTUS** Catheseos Christianæ par-  
tes exposuerit, norunt & confitentur illi, qui in timore  
**DOMINI** benignissimas attentissimasq; ipsi præbue-  
runt aures. Quadraginta quinque effluxerunt septimanæ,  
cum **NOSTER** Nobilissimam Pudicissimamq; Virginem **MA-  
RIAM ELISABETHAM Lindemans** / Viri Reverendi & Cla-  
rissimi DN. **JOACHIMI LINDEMANNI**, Ædis Marianæ Ar-  
chidiaconi quondam vigilantissimi filiam natu maximam, ma-  
trimonio sibi junxerat, cum qua tantâ conjunctione, atque  
concordiâ vixit, quanta unquam in animos potest cadere, fe-  
liciore invicem & meliore, ut sic loquamur, sydere copulatos.  
Adeoque ut de ipsis verum quod Poeta ait **VELLE** ac **NOLLE**  
ambobus idem. Quamvis autem Noster ante aliquod tem-  
poris spatium languescere, deq; corporis incommodis con-  
queri cœperit, attamen publico suo officio deesse noluit, do-  
nec ad lectum lethalem semet conferre coactus sit. Adsciti  
quidem sunt Vir Excellentissimus atq; Experientissimus **JO-  
HANNES BACMEISTER** Medic. Doct. & Pr. P. famigeratissi-  
mus; ut & Experientissimus DN. **BERNHARDUS BARNEN-  
STORP** Med. D. quorum uterque suo officio diligentissimè,  
prudentissimèq; defungebatur, sed neuter pertinacissimum le-  
thalis malignitatis morbum eradicare valuit; Animadver-  
tens

tens igitur **FUNCTUS** sanitatis recuperandæ spem decollasse,  
protinus mentem suam ad summum illum & benignissimum  
Deum flexit & à prælaudato **DN. Doct. MULLERO** sacramen-  
tum corporis & sanguinis Salvatoris nostri **CHRISTI JESU**  
ardentissimè desiderans, illud ipsum devotissimè, peccata sua  
confessus, ab eodem impetravit. Deniq; sanctissimas preces,  
cantiunculasque è religiosissimo suo effundens pectore, Re-  
demptori suo animam reddidit, quasiq; placidissimo sopitus  
somno, in sempiternam illam domum, in illud beatissimarum  
mentium Collegium die 2. April. hora 9. vespertinâ emigravit  
& exinde, lachrimismersa Viduæ, afflictissimæ Matri, nobisq;  
omnibus nihil aliud quam luctum ingentem, suiq; desiderium  
reliquit, postquam hic vivendo ætatem Annorum **XXIX.**  
explevisset. Vos itaque **CIVES ACADEMIÆ** Omnium or-  
dinum honoratissimi, ite denato **DIACONO** splendidissimâ  
solennitate exequias, elatumque ejus funus honorificâ præsen-  
tiâ vestra cohonestate. Ut autem id promptissimo animo fa-  
ciatis, rogat cum lachrimis in profundum jam mœroris re-  
ducta Vidua, obsecrat Mater, cœterique Cognati, imperat de-  
niq; commune & ineluctabile necessitatis relum, quo ur-  
gente, denatum nostrum Optimumq; Colle-  
gam sequemur.

**P. P.** sub Sigillo Rectoratus die  
II. Aprilis Anno 1672.

*Convenietur in Æde D. Mariæ sacra horâ prima.*













Reverendum & Excellentissimum DN. LU  
MEISTERUMS. S. Theol. Doctorem, Pro  
quondam Senatorium ac Pastorem Maria  
Reverendi Ministerii Rostochiensis Superi  
gravisimum; Proaviam maternam [O H  
Bordings) DN. JACOBI BORDINGII  
ctoris, & Professoris quondam in hac Uni  
ut & glor. mem. Regum Daniæ & Norw  
CHRISTIANI III. & DN. FRIDERICI III.  
glor. mem. Ducum Meklenburg. DN. HE  
CIFICI & DN. JOHANNIS ALBERTI,  
filiam unicam, fœminam sexus sui ornamen  
que; Abavus Maternus fuit, J A C O B  
hic quondam primarius. Abavia vero mate  
BURENIA, præclaræ virtutis pietatisq; ma  
M. ARNOLDI BURENII, Viri quondam  
miâ nostrâ, & Studiosâ Juventute benem  
filia; Ex his Parentibus majoribusque trax  
suam NOSTER; Quiq; continuo dederu  
uti per sacrum fontem abs labe purgaretur,  
que adeo Ecclesiæ membrum fieret: Ne  
quicquam intermissum est eorum, qua  
educationi factura esse crederentur; literis  
dius cum annum duodecimum transgressu  
vatorum larium ergastulo, ad seriora stuc  
tate parentum dimissus est, & initio GUST  
se contulit, ibiq; Viro Reverendo atq; Clau

)0( 3

